Fragmentarium

ſcificauit ſamuhel uidens. et ſaul filius cis. et ab
ner filius ner. et ioab filius ſaruię. Omnes qui
ſcificauerunt eam per manum ſalemith et fratrum
eius. Saaritis uero chonenias. et filii eius ad opera (operabatur)
foriniſecus ſuper iſrahel. ad docendum et ad iudican
dum eos. Porro de hebronitis aſabias et fratres eius
uiri fortiſſimi mille ſeptingenti. Preerant iſra
helitis transiordanem contra occidentem in cun
ctis opibus domini. et in miniſterium regis. He
bronitarum autem princeps fuit herias ſecundum fa
milias et cognationes eorum. Quadrageſimo
anno regni dauid recenſiti ſunt et inuenti uiri
fortiſſimi in iazer galaad. fratresque eius robuſtioris
etatis. duo milia ſeptingenti. principes familiarum.
Prepoſuit autem eos dauid rex rubenitis et gad
ditis. et dimidię tribui manaſſe. in omne miniſte
XXVII. rium dei et regis. Filii autem israhel ſecundum numerum
ſuum. principes familiarum. tribuni et centuriones.
et prefecti qui miniſtrabant regi. iuxta turmas
ſuas ingredientes et egredientes per ſingulos men
ses in anno. uiginti quatuor milibus. De filiis pha
res principes ſanctorum principum in exercitu menſe
primo. Secundi menſis habebat turmam dud audacho
ites. et poſt ſe alterum nomine macelloth. qui re
gebat partem exercitus uiginti quatuor milium.
Dux quoque turmę tertię in menſe tertio. erat baa
nias filius ioadę ſacerdos. et in diuiſione ſua
uiginti quatuor milium. Ipſe eſt banaias fortiſ
ſimus inter triginta. et ſuper triginta. Preerat autem
turmę ipſius amizabad filius eius; ~~poſt eum~~.
Et in turma eius xx iiii milia. Quintus menſe quinto
princeps ſamoth iezarites. et in turma eius xx iiii mi
lia. Sextus menſe ſexto. hira filius acceſthecutes.
et in turma eius xx iiii milia. Septimus menſe
ſeptimo. helles pallonites. de filiis ephraim. et in
turma eius xx iiii milia. Octauus menſe octauo.
ſobochai aſochites. de ſtirpe zarai. et in turma
eius xx iiii milia. Nonus menſe nono. abiezer ana
X. tochites. de ſtirpe gemini. et in turma eius xx iiii
milia. Decimus menſe decimo. marai. et ipſe

et ſinguli preerant. Primę turmę in primo menſe iſboam
preerat filius abdihel. et ſub eo xx iiii milia.

uiginti quatuor milia. Duodecimus menſe duo
decimo holdia nethophathites. de ſtirpe gothoni
hel. et in turma eius uiginti quatuor milia.
Porro tribubus preerant iſrahel. Rubenitis dux
eliezer filius ~~cheri~~ zechri. ſimeonitis. dux ſaphatias.
filius macha. Leuitis aſabias filius chamuhel.
Aaronitis ſadoch. iuda heliu dauid frater; iſachar
amri filius michahel. Zabulonitis ieſmai
as filius abdię; neptalitibus ierimuth. filius ozri
filiis ephraim oſee filius ozaziu; dimidię tribui
manaſſe iohel filius phadię. et dimidię trib
manaſſe in galaad iaddo filius zacharię. Beni
min autem iaſihel filius abner. Dan uero ezrihel
filius hieroam. Hi principes filiorum iſrahel. Noluit
autem dauid numerare eos a uiginti annis in
ferius. quia dixerat dominus ut multiplicaret iſrahel
quaſi ſtelle cęli; ioab filius ſaruię. ceperat nume
rare. nec compleuit. quia ſuper hoc ira erat. et ir
ruerat in iſrahel. et idcirco numerus eorum qui
fuerant recenſiti. non est relatus in faſtos regis
dauid. Super theſauros autem regis fuit azmoth.
filius adihel. His autem theſauris qui erant
in urbibus et uicis. et in turribus preſidebat iona
than filius ozię. Operi autem ruſtico. et agrico
lis qui exercebant terram. Preerat ezri filius
chelub. uinearumque cultoribus. ſemeias roma
thites. Cellis autem uinariis zabdias apho
nithes; nam ſuper oliueta. et ficeta. quę erant
in campeſtribus. Balanan gaderites; ſuper apothe
cas autem olei. ioas. Porro armentis que paſcebantur
in ſarona. prepoſitus fuit ſetras ſaronithes; et ſuper
boues in uallibus ſaphat filius addi. ſuper camelos
uero ubil hiſmahelites; et ſuper aſinos iudas mero
nathites; ſuper oues quoque iaziz agareus. Omnes
hi principes ſubſtantię regis dauid. Jonathan
autem patruus dauid. conſiliarius uir pru
dens et litteratus. ipſe et iahiel filius achamoni
erant cum filiis regis. Achitophel etiam con
ſiliarius regis. et huſi arachites amicus regis.
Poſt achitophel fuit ioiada filius banaia et abiathar;

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/94, Fol. [2]r – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-w3rr/6727/56556)